

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1879**

1246

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

295. *Pabst Innocenz IV verheißt Allen, die das St. Marckloster zu Straßburg am Weihitag besuchen werden, Ablass. 1246 Januar 16 Lyon.*

Innocentius episcopus servus servorum dei universis Christi fidelibus per Argentinensem civitatem et diocesim constitutis salutem et apostolicam benedictionem. quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus [weiter wie in Nr. 221 bis vitam eternam]. cum igitur monasterium sancti Marci Argentinense in ipsius honore constructum esse dicatur et ibidem ejusdem sancti venerande reliquie requiescant ac ad promerenda sempiterna gaudia sanctorum sint suffragia oportuna, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur in domino in remissionem vobis peccaminum injungentes, quatinus ad monasterium ipsum in dedicatione ecclesie illius devote ac humiliter accedentes digna ibidem vota et munera pro peccatorum vestrorum remediis offeratis, ut per hec et alia bona, que domino inspirante feceritis, ad eterne possitis felicitatis gaudia pervenire. nos enim de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis cum debita reverentia et devotione in die dedicationis ipsius illuc accedentibus annuatim quadraginta dies de injuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. has autem litteras mitti per questuarios districtius inhibemus, eas, si secus actum fuerit, carere viribus decernentes. datum Lugduni 17 kalendas februarii, pontificatus nostri anno tertio.

*H aus Straßb. Hosp. A. lad. 89 fasc. 7 or. mb. c. bulla pend. Auf der Rückseite wohl von gleicher Hand + Johannes + Johannes +*

296. *Bischof Heinrich von Straßburg beurkundet, daß die Abtei Marbach ein Grundstück bei der St. Aurelienkirche zu Straßburg dem St. Arbogastkloster für fünf Mark Silber verkauft habe. 1246 Januar.*

H[einricus] dei gratia Argentinensis episcopus<sup>1</sup> omnibus presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui est omnium vera salus. temporalis facti memoria sepius oblivione tollitur, nisi viva voce testium vel litterarum testimonio confirmetur. hinc est quod tenore presentium ad notitiam cunctorum volumus pervenire, quod abbas et conventus de Marbach aream suam sitam juxta sanctam Aureliam in civitate Argentinensi contiguam aree Reiboldi Virnekorn preposito et conventui sancti Arbogasti vendiderunt pro quinque marcis argenti, volentes ipsam pecuniam ad majorem utilitatem et ad usus convertere meliores, tradentes ipsis possessionem ejusdem aree ab omni censu liberam et absolutam, nostro consensu super premissis omnibus accedente. ne ergo super venditione antedictae aree aliqua questio vel ambiguitas possit in posterum suboriri, presentem paginam nostro et predicti abbatis et conventus sigillis munitam preposito et conventui sancti Arbogasti ad petitionem et instantiam partium contulimus testimonialem. actum anno domini 1246, mense januario, sub Friderico abbate Marpacensi et Walfrido preposito sancti Arbogasti. nomina testium, qui huic facto interfuerunt, hec sunt: Fridericus prepositus

<sup>1</sup> Daß Heinrich hier schon im Gegensatz zu nr. 297 als geweihter Bischof bezeichnet wird, ist wohl nur ein Versehen des Copisten.

sancte Trinitatis, Wernherus cantor, Henricus custos, Wilhelmus cellerarius Marpacenses, Johannes cellerarius, Sifridus custos, Rüdolfus sacerdos canonici sancti Arbogasti, magister Gervalcus, Fridericus dictus Westermannus civis Argentinensis, Johannes clericus filius ejus et alii quam plures.

<sup>5</sup> *H aus Straßb. Hosp. A. prot. 7383 cod. chart. sec. XV fol. 66<sup>b</sup>.*

297. *Heinrich der erwählte Bischof von Straßburg überweist dem St. Thomascapitel daselbst zur Aufbesserung seiner Pfründen die Verwaltung derselben mit allen ihren Einkünften, die bisher dem Probst von St. Thomas allein unterstand, gegen eine bestimmte Entschädigung des letztern. 1246 März 19.*

<sup>10</sup> H[enricus] dei gratia electus Argentinensis omnibus in Christo fidelibus notitiam subscriptorum. ex imminente nobis pastoralis officii cura remediis sub-  
<sup>15</sup>jectorum invigilamus et ecclesiarum nostrarum congrue studemus ordinationi, ut membris ordinate dispositis nos, qui capud eorum dicimur, in ipsis vigere possimus et delectari et per ipsorum merita sustentationem capiamus salutarem. igitur cum  
<sup>20</sup>nostre Argentinensis ecclesie membrum honorabilius, sancti Thome videlicet ecclesia, viginti habeat canonicos preter prebendas vicariorum et officiatorum, quorum videlicet vicariorum et canonicorum prebendarum fructus adeo sunt tenues et exiles, ut vix secundum statum ecclesie et personarum honestatem ac terre consuetudinem exinde commode valeant sustentari, tantis autem redditibus prepositura dicte ecclesie  
<sup>25</sup>habundare noscatur, ut moderatis ipsius facultatibus prebendis canonicorum ex ipsis commode subveniri valeat cum modica dicte prepositure lesione, nostre igitur considerationis aciem ad providendum dicte ecclesie specialiter dirigentes, de consilio et consensu nostri capituli, cum ipsius ecclesie sancti Thome capitulo provida deliberatione habita, statuimus et ordinamus, ut, cum dicte ecclesie prepositura  
<sup>30</sup>primum vacaberit, administratio prebendarum cum omnibus possessionibus attinentibus ipsi prepositure cumque omnibus fructibus et utilitate totali sive ordinatione officiorum secularium imperpetuum cedant libere capitulo memorato, ea tantum, que jurisdictionis sunt ecclesiastice sive spiritualis, ei, qui canonicè eandem preposituram adeptus fuerit, reservantes. statuimus etiam, quod dictum capitulum  
<sup>35</sup>singulis annis suo preposito viginti marcas argenti legalis in civitate Argentinensi pro reddito presentabit, quarum decem in festo beati Martini dabit, reliquas decem  
<sup>40</sup>solvat in festo purificationis. curiam etiam sitam apud pontem ipsius ecclesie sancti Thome<sup>1</sup> prepositus habeat nec amplius exiet ab ecclesia memorata. sicque quieti prepositi, cum administratio multos labores exigat, consulitur et in redditibus  
<sup>45</sup>congruis providetur eidem prebendarumque tenuitati canonicorum sive vicariorum, inter quos ea, que superfuerint dictis viginti marcis, rationabiliter distribuentur, competenter subvenitur. ex hac etiam subventionem canonici seu vicarii majori refecti beneficio ex sustentatione competenti facultatem habentes residendi cum laudibus uberioribus divinis servitiis domino in ipsa ecclesia efficacius invigilabunt.

Nov. 11

Febr. 2

<sup>1</sup> *Vergl. Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 265.*

In hujus autem statuti seu ordinationis declarationem sive probationem presentem litteram nostro sigillo fecimus communiri.

Nos capitulum sancti Thome Argentinensis una cum domino nostro Argentinensi episcopo ac ipse nobiscum ordinavimus et statuimus suprascripta, in ipsius facti evidentiam hiis litteris nostrum sigillum appendentes.

Nos capitulum Argentinensis ecclesie eis, que suprascripta sunt et ordinata, nostrum adhibuimus consilium et consensum. in cujus rei probationem hiis litteris nostrum sigillum fecimus appendi.

Actum anno domini 1246, 14 kalendas aprilis.

*T aus Straßb. Thom. A. docum. hist. lad. 2 (statuts) or. mb. c. sig. pend.<sup>1</sup>*  
*Gedruckt darnach bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 313 nr. 36.*

298. *Meister und Rath der Stadt Straßburg geben einen beim St. Stephans-kloster gelegenen Thurm mit Grund und Boden dem Speierer Canonicus Ulrich Gervasius in Erbpacht. 1246 März 25.*

Erbo filius iudicis et Reiboldus Stiubenwec magistri burgensium et consules Argentinenses. ne rerum gestarum veritas cadat in oblivionem, litterarum debet memoria perhennari. noverint igitur universi presens scriptum inspecturi, quod nos de consensu et voluntate scabinorum et aliorum concivium nostrorum et de consilio magistrorum operis civitatis turrem unam inter monasterium sancti Stephani et insulam Riuses<sup>2</sup> sitam cum area tendente prope portam, que tendit ad balneam stupam<sup>3</sup>, concessimus domino Úlrico Gervasio canonico sancti Widonis in Spirea jure hereditario tam ipsi quam successoribus suis perpetuo possidendam sub tali condicione, quod de eadem turre et area attinente quinque solidi denariorum usualis monete civitati persolvantur annuatim sine omni augmentatione. si autem idem Úlricus vel aliqui successorum suorum, cui edificia predictae turris et aree contulerit, eadem edificia vendere vel obligare voluerint, primo civitati debent exhibere et civitas ad estimationem bonorum virorum competens precium dare debet pro eisdem edificiis. si autem civitas forte eadem edificia emere noluerit, predictus Úlricus vel successores sui edificia sua cum pacto suo convertant in usus suos, ita tamen, quod ea non conferant potentibus viris seu spiritualibus<sup>a</sup> seu secularibus, sed hominibus competentibus, per quos civitas non possit gravari vel occupari. in hujus

a) *H* spiritualibus.

<sup>1</sup> *Ebenda befindet sich im Original eine Bulle Pabst Innocenz IV, welche die obige Verfügung des Bischofs Heinrich über die Probstei von St. Thomas bestätigt, 1248 December 11 Lyon, und unter dem gleichen Datum eine Anweisung Innocenz IV an den thesaurarius ecclesie sancti Petri Argentinensis, jene Verfügung aufrecht zu erhalten, letztere gedruckt bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 314 nr. 36. — Potthast Reg. pontif. nr. 13116.*

<sup>2</sup> *Cfr. nr. 261.*

<sup>3</sup> *Wohl der später Stoltzeneck genannte Thurm am Fischerthor. Vergl. Silbermann Localgesch. d. Stadt Straßb. S. 156.*

rei memoriam et debitam firmitatem presens exinde pagina est conscripta et sigillo civitatis communita. acta sunt hec publice anno domini 1246, in festo annuntiationis beate Marie, presentibus hiis testibus: consulibus civitatis videlicet Erbone juniore, Gozberto ministro fratrum, Johanne de Curia regis, Friderico inter mercatores, Cûnrado<sup>5</sup> iudice, Heinrico de Wolfangesheim, Erbone filio Nicolai, Rudolfo filio Lentzelini, Petro Napa, Rudegero de Vegersheim, Hartungo filio Hessonis, Reimboldo Virnecorn, Erbelino parvo et Reimboldelino, Bertoldo Riuses, Johanne filio Lamperti, Heinrico filio Heinrici Marsilii, Erbone filio iudicis et Reimboldo Stiubenwee magistris civium<sup>1</sup> et aliis quam pluribus, Cûnrado Virnecorn, Rudolfo de Vegersheim, Siglino Bilde, Heinrico filio Marsilii, Gozzone filio Nicolai, Mendewino.

*H aus Straßb. Hosp. A. lad. 174 fasc. 32 or. mb. c. sig. pend. mutilato.*

299. *Offemia Gemahlin Hugos, Ritters von Mittelhausen, schenkt dem Straßburger Münster einen Hof zu Königshofen. 1246 April 25.*

Notum sit omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis, Offemiam de Kunigeshoven uxorem Hugonis militis de Mittelhus pro salute anime sue curiam unam apud lobium in Kunigeshoven sitam sancte Marie contulisse sub hac forma: magistri operis sancte Marie recipient census ejusdem curie et de hiis dabunt in crastino sancti Johannis baptiste dominis supra chorum duas uncias denariorum dividendas competenter illis, qui presentes fuerint in missa pro defunctis. eadem die dabunt unum solidum fraternitati, que post prandium in refectorio celebratur, fraternitati spiritus sancti quatuor denarios, sacerdoti mane missam celebranti<sup>a</sup> quatuor denarios. quicquid autem de predictis censibus residuum fuerit, cedet operi sancte Marie. in hujus rei memoriam et debitam stabilitatem presens exinde pagina est conscripta et sigillo capituli majoris ecclesie communita. acta sunt hec anno incarnationis domini 1246, festo Marci.

Juni 25

*B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2708 or. mb. c. sig. pend. delapso.*

*Gedruckt bei Grandidier Oeuv. inéd. III, 380 nr. 426 (ex libro regulae summi capituli Argentinensis).*

a) *B* celebranti.

<sup>1</sup> Das Rath- u. Bürgerbuch fol. 8<sup>b</sup> des Straßb. St. A. verzeichnet aus einer Urkunde des erwählten Bischofs Heinrich von Straßburg von 1245 November 18 (in octava s. Martini) folgende Zeugen, deren Namen sich mit denen der Rathsmitglieder von 1246 zumeist decken: Erbe des richters sîn, Reinbolt Stûbenweg die meister, Rûdolf Lentzels sîn, Johans von Kunigeshofen, Sigelin Bilde, Gôsselin Hartungs dochterman, Conrat Richter, Gosbrecht der brüder diener, Friderich under den koufflûten, Hug von Schiltingheim, Reinbolt Virnkorn, Erbe Clausen sîn, Berhtolt Râseß, Johans Kelbelin, Rûdolf von Vegersheim, Rûdiger sin brüder, Johans Lamprecht sun.

300. *Meister und Rath der Stadt Straßburg beurkunden, daß Gerlind, die Gemahlin Heinrichs von Wangen, alle ihre Güter zu Hürtigheim dem Straßburger St. Nicolauskloster für den Fall ihres beiderseitigen Todes geschenkt habe. 1246 August 7.*

Reimboldus Stiubenwec magister burgensium et consules Argentinenses notum  
facimus omnibus presens scriptum inspecturis, dominam Gerlindam sororem concivis  
nostri Cünradi Virnecorn omnia bona sua in banno Hirtenheim sita pro salute  
anime sue et parentum suorum sororibus sancti Nicolai in civitate nostra ultra  
Bruscam deo servientibus contulisse ita, ut eadem bona post mortem ejusdem  
Gerlindis et mariti sui domini Heinrichi de Wangen, cui dicta bona in dotem collata  
sunt, predictae sorores libere possideant perpetualiter. in cujus rei memoriam et  
debitam firmitatem presens exinde pagina est confecta et sigillo civitatis in testi-  
monium communita. acta sunt hec publice de consensu et voluntate concivis  
nostri Cünradi Virnecorn et liberorum suorum anno domini 1246, festo sancte Afre,  
presentibus hiis testibus : domino Anshelmo de Wangen, Erbone juniore, Gozperto  
ministro fratrum, Erbone filio judicis, Johanne de Kunigeshoven, Friderico inter  
mercatores, Cünrado de Zavernia, Rudolfo filio Lenzelini, Erbone filio Nicolai,  
Erbelino parvo, Reimboldelino, Bertoldo Riuses, Rudolfo de Vegersheim, Heinricho  
de Bunouwe et aliis quam pluribus.

*S aus Straßb. St. A. lad. s. Nicolai in undis H or. mb. c. sig. pend. laeso.*

301. *König Heinrich Raspe verspricht Sigelin Bilde und Gosselin, zwei Straßburger Rittern, für ihre Hilfeleistung gegen Kaiser Friedrich und seinen Anhang zweihundert Mark Silber und verpfändet ihnen dafür die Burg Wickersheim bei Straßburg. 1246 August 13 Frankfurt.*

Henricus dei gracia Romanorum rex semper augustus. noverint universi,  
quod nos Sigelino dicto Bilde et Goszelino militibus Argentinensibus promissimus  
ducentas marcas argenti, ut nobis in promocione negocii Romane ecclesie, chatolice  
fidei et imperii nostrisque fautoribus totis suis viribus totaque potencia fideliter et  
constanter assistant contra dominum Fridericum quondam imperatorem et filium  
ejus Conradum ac omnes eorum fautores, obligantes eisdem militibus res, posses-  
siones et jura ad castrum Wikersheim<sup>1</sup> situm apud civitatem Argentinensem  
pertinencia pro pecunia antedicta. ipsi vero milites pecunia memorata possessiones  
et redditus annuos comparabunt, quos in feodo tenebunt a nobis, et homaium pro  
eisdem excellencie regali prestabunt. ut autem hec robur obtineant firmitatis, hoc  
factum nostrum presencium testimonio roboramus. datum anno domini 1246,  
idus augusti in curia apud Frankenfur.

*S aus Straßb. St. A. AA art. 71 or. mb. c. sig. pend.*

*Gedruckt nach dem Briefbuch A fol. 161<sup>b</sup> ibid. bei Wencker Appar. et instr. archiv. p. 164  
nr. 6. — Böhmer nr. 7.*

<sup>1</sup> Cfr. nr. 307.

302. *Bischof Heinrich von Straßburg belehnt im Auftrag König Heinrichs Raspe Heinrich Marsilius Sohn und dessen Söhne, Straßburger Bürger, mit dem Reich gehörigen Ländereien im Bann von Vendenheim. 1246 November 1.*

Henricus dei gratia episcopus Argentinensis notum facimus omnibus presens  
 5 scriptum inspecturis, quod nos loco serenissimi domini nostri Henrici Romanorum  
 regis, prout per literas suas nobis demandavit, Henrico filio Marsilii et filiis suis,  
 civibus nostris Argentinensibus, devotis et fidelibus Romane ecclesie et nostre,  
 concessimus in feodum 4 mansos in banno Vendenheim sitos ad imperium spec-  
 10 tantes. in cujus rei memoriam et debitam firmitatem presentes literas sigillo nostro  
 munitas predictis civibus nostris contulimus testimoniales. datum anno domini  
 1246, kalendis novembris.

*Aus Schöpflin Als. dipl. I, 393 nr. 530 (ex. Luckii collect. genealog. msc. in tabular. Argentin.).*

303. Henricus episcopus Argentinensis declarat, Eberhardum abbatem et con-  
 15 ventum in Swarzahe dyocesis sue duos mansos et dimidium in banno de  
 Doczenheim sitos, a quolibet onere liberos, vendidisse capitulo sancti Thome  
 Argentinensi pro septuaginta marcis argenti, accedente ipsius et capituli sui  
 Argentinensis consensu. «consuevit humana prudentia.» datum apud Argentinam  
 anno domini 1246, in festo beati Nycholai. *1246 December 6 Straßburg.*

20 *T aus Straßb. Thom. A. Titres lad. 10 or. mb. c. sig. pend.  
 Gedruckt darnach bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 314 nr. 37.*

304. Henricus episcopus Argentinensis testatur, Diethericum militem dictum  
 Zidelere renunciavisse omni juri, quod habuerit in advocatiis bonorum monasterii  
 de Swarczaha, specialiter in Dossenheim et in Dunczenheim sitorum, et in recom-  
 25 pensationem viginti tres marcas puri argenti ab illo conventu accepisse. «consuevit  
 humana prudentia.» testes, qui interfuerunt: Berhtoldus decanus majoris ecclesie  
 Argentinensis et Henricus frater ejus, Fridericus cantor et Henricus de Gerolzecke;  
 ministeriales nostri Walterus marscalcus, Diethericus Zidelarius, Albertus Begere,  
 Syfridus dictus Bilde, Burckardus de Hochvelden; Erbo magister civium, Rüdolfus  
 30 de Vegersheim, Gosbertus, Rüdolfus et Rudegerus fratres filii Lenczelini et alii  
 quam plures. acta in palacio nostro Argentine anno domini 1246, in octava  
 sancti Andree apostoli. *1246 December 7 Straßburg in der bischöflichen Pfalz.*

*K aus Karlsru. G. L. A. Papiern. Copialbuch der Abtei Schwarzach nr. 733 fol. 84 um 1400  
 geschrieben.*

305. *Ritter Dietrich Scidelarius verzichtet gegen eine Geldentschädigung auf alle ihm zustehenden Rechte an Dossenheimer Ländereien, die das Kloster Schwarzach an das Straßburger St. Thomascapitel verkauft hat. 1246 December 8 Straßburg.*

Omnibus Christi fidelibus Dyethericus miles dictus Scidelarius dyocesis Argentinensis noticiam subscriptorum. cum venerabiles in Christo abbas et conventus in Swarzhahe Argentinensis dyocesis vendiderint duos mansos et dimidium in banno de Dozenheim capitulo sancti Thome Argentinensis secundum juris formam, nos jus advocatie sive quodcumque aliud servitium, quod in dictis bonis et possessionibus habebamus, remisimus, nostro jure quolibet, quod in dictis possessionibus percipiebamus, vendito pro certa pecunie quantitate. et infra spatium presentis anni domino nostro, a quo dictum jus advocatie nomine feodi habebamus, de nostris bonis reconpensabimus jus suprascriptum. promisimus etiam et promittimus, quod predictum capitulum in sepe dictis possessionibus nunquam inquietabimus nec aliquod jus seu servitium occasione dictarum possessionum nomine nostro vel alicujus alterius a capitulo exigemus eodem. promittimus etiam, quod curabimus seu procurabimus, quod in servitiis seu jure, quod in sepe dictis possessionibus aliquando recepimus, dictum capitulum a nostris successoribus seu aliunde non inquietabitur nec gravabitur aliquo modo, nostros heredes ad hoc ipsum obligantes. in hujus autem rei evidentiam presentem cedula[m] damus predicto capitulo sigillo nostro communitam. nos Henricus dei gratia Argentinensis episcopus confitemur, hec coram nobis sollempniter acta, presentibus Walthero markalco, Burchardo milite de Hochvelden, Dietherico milite, Erbone filio judicis, Gozelino, Rüdolfo de Vegersheim, Rüdolfo Lenzelino et aliis quam pluribus, facientes ad hujus facti probationem hiis litteris sigillum nostrum appendi datum anno domini 1246 apud Argentinam, proximo sabbato post festum Nycholai.

*T aus Straßb. Thom. A. docum. hist. lad. 24 or. mb. c. 2 sig. pend. Das Siegel des Ritters Dietrich Scidelarius zeigt sechs Hände.*

*Gedruckt darnach bei Ch. Schmidt Hist. du chap. de s. Thom. p. 315 nr. 37.*

306. *Pabst Innocenz IV schreibt den Dominikanern Deutschlands, daß er durch einen Brief des Bischofs von Straßburg unterrichtet worden, mit welchem Eifer namentlich die dortigen Dominikaner für die Kirche arbeiten, und verheißt ihnen dafür seine Gnade und seinen Segen. 1246 December 9 Lyon.*

Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis filiis universis fratribus ordinis predicatorum per provinciam Theotonie constitutis salutem et apostolicam benedictionem. licet acceperimus, quod ex vobis aliqui et presertim fratres Argentinenses sub quietis proprie silentio tepescentes se remissius habuerint in communibus ecclesie negotiis promovendis, postmodum tamen ex litteris venerabilis fratris nostri . . . episcopi Argentinensis nobis transmissis veritate comperta, totis viribus dictos fratres super eisdem invigilare novimus ministerio diligenti. propter



quod ex tantorum studiis meritorum post divine gratie fluentia largissima, que hujusmodi operum semina promerentur, vos nostre benedictionis et gratie munera obtinetis tanto vobis profusius impendenda, quanto vestre obedientie promptam diligentiam id pro certo comperimus promereri. datum Lugduni 5 idus decembris, pontificatus nostri anno quarto.

*T aus Straßb. Thom. A. Dominicains lad. 2 or. mb. c. bulla pend.*

307. *König Heinrich Raspe fordert die Bürger Straßburgs auf, die feindliche Burg Wickersheim zu zerstören. [1246.]*

H[einricus] dei gratia Romanorum rex semper augustus. dilectis sibi magistris, consiliariis et universitati civium Argentinensium gratiam suam et omne bonum. pervenit ad aures nostre majestatis, quod per castrum Wickersheim situm apud civitatem Argentinensem vobis gravia dampna sepius inferuntur alique plurimi suis rebus spoliatur ibidem. propter quod nostre excellentie sollicitudo continua, qua pro pace et utilitate nobis subjectorum ac devotorum afficimur, idem castrum decrevit penitus destruendum. rogamus igitur et sub obtentu nostre gratie vobis precipimus firmiter injungentes, ut dicti castri subversioni efficaciter studeatis et intendatis diligenter aliasque nostris et ecclesie dei emulis et inimicis vos opponatis tam potenter, ut contra ipsorum acies ruiniciosas<sup>a</sup> nostrum sentientes subsidium efficax et speratum vobis non immerito ad omnia nostram munificentiam exhibere debeamus favorabilem et graciosam.

*S aus Straßb. St. A. Briefbuch A fol. 101<sup>a</sup> mit der Ueberschrift: daz künig Heinrich den von Strazburg gebotten het die burg zu Wickersheim zu brechende. Im Anschluß an nr. 301 und eine bezügliche Nachricht im Chron. Ellenhardi<sup>1</sup> ohne Zweifel ins Jahr 1246 zu setzen.*

*Gedruckt darnach bei Wencker Appar. et instr. archiv. p. 164 nr. 5 = Laguille pr. p. 41. — Böhmer nr. 7.*

308. *Meister und Rath der Stadt Straßburg beurkunden, wie die Wittve des Schultheißen Rudolf Ripelin ein Vermächtniß desselben für die St. Thomaskirche zu Straßburg in Ausführung gebracht habe. [1246.]*

Erbo magister civium et consiliarii Argentinenses notum facimus presentem paginam inspecturis, quod, cum bone memorie R[udolfus] quondam scultetus dictus Ripelin in articulo mortis constitutus ecclesie sancti Thome redditus quinque solidorum annuales pro remedio anime sue legasset, nullis tamen bonis ad hoc determinatis, relicta sua cupiens extremam voluntatem mariti sui defuncti ad

<sup>a</sup>) Wencker perniciosas.

<sup>1</sup> Zum Jahr 1246 nach dem Treffen bei Frankfurt am 5. August berichtet das Chron. Ellenhardi: episcopus Argentinensis nomine Heinricus de Stalecke obsedit in Alsatia munitiones, opida et castra, que Fridericus et filius suus possidebant, et expugnavit firmissima et nobilissima duo castra Wickersheim et Cronenberch, que funditus destruxit. (*Mon. Germ. SS. XVII, 121.*)